

Nos igitur huiusmodi supplicacionibus inclinati, ut duo alia loca, que agendis rebus congruere videbuntur, pro subditis vestris, eciam quo ad Bohemos Pragensis dyocesis sancte Romane ecclesie 10 obedienciam recognoscentibus et a fine dyocesis vestre ad duas dietas distantibus, sub limitibus tamen temporalis domini illustris principis Friderici ducis Saxonie comprehensa, pro plenariis indulgenciis inibi promerendis instituere, ecclesias visitandas deputare, confessores ydoneos ordinare, ci-stas pro colligendis elemosinis locare et tempus indulgenciarum huiusmodi usque ad festum Annun- 15 ciationis beate Marie predictum proxime futurum prolongare seu prolongatum a nobis publicare possitis et valeatis, auctoritate legacionis nostre, qua in hac parte fungimur, tenore presencium vobis plenam et liberam concedimus facultatem.

1451 November 27, Mainz.

Nr. 2043

NvK an den B. von Meißen. Er gewährt allen Priestern der Diözese Meißen einen 40tägigen Ablass, wenn sie den Kollekten in der Messe die eingerückte Schlußformel anfügen.¹⁾

Kop. (15. Jb.): WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. 264 Helmst. f. 66^r. Zur Hs. s.o. Nr. 1390.

Peticione pioque desiderio vestris continentibus, ut ad conclusionem subscriptam in fine collectarum misse in dyocesi vestra Misnensi frequentatam et apponi consuetam huius tenoris, videlicet: 'Et famulos tuos N. papam, F. regem Romanorum, antistitem et principes nostros eorumque fideles dirige in viam salutis eterne et ab omni adversitate custodi²⁾, certas indulgencias concedere dignaremur, nos igitur huiusmodi petitionibus inclinati omnibus et singulis presbiteris dicte vestre 5 Misnensis dyocesis, qui dictam oracionem collectarum ipsis adiunxerint, ut prefertur, de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius meritis et auctoritate confisi quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in domino relaxamus.

1 petitione: petitioni.

¹⁾ Also ein (von 50 auf 40 Ablassstage) reduziertes Äquivalent zum Reformdekret Nr. 1 Quoniam dignum esse; s.o. Nr. 1008.

²⁾ Beachte die bemerkenswerten Textabweichungen gegenüber Nr. 1008 Z. 16–18.

<um 1451 November 27>, Mainz.

Nr. 2044

<NvK an B. Kaspar von Meißen.>¹⁾ Er nimmt Stellung zu Glossen <des Bischofs zu den Ablassbestimmungen des NvK für Meißen²⁾ und zu anderen ihm vorgelegten Ersuchen des Bischofs.³⁾>

Kop. (15. Jb.): WOLFENBÜTTEL, Herzog-August-Bibl., Cod. 264 Helmst. f. 66^v–67^v. Zur Hs. s.o. Nr. 1390.

Reverende pater. Post salutes. Laudo diligenciam vestram, quam legi in glosulis transmissi<s>; et quo ad potestatem seu facultatem, cuius copiam desideratis, respon- deo totam nacionem nichil hesitare de illa, quia habeo eam eciam manu s. d. n. sub- scriptam⁴⁾, nec occupaciones infinite et alia secreta contenta in facultatibus sinunt copias fieri. Qui nodum in scirpo querit⁵⁾, et incredulus est, nolens contentari in eo, in 5 quo nacio per copias non duceretur ad fidem.

¹⁾ Datum, Verfasser und Adressat ergeben sich aus Nr. 2041–2043.

²⁾ S.o. Nr. 1566 mit Anm. 1. Doch s. hierzu auch Nr. 1566 Anm. 3.

³⁾ Nr. 2041; s.u. zu Z. 53–60.

⁴⁾ Wenngleich in der Wolfenbütteler Handschrift f. 59^r–60^r eine handgleiche Kopie von Nr. 952 voran geht